



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Acta Ecclesiae Mediolanensis**

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

**Borromeo, Carlo**

**Brixiae, 1603**

Cvivs Sit Qvaestiones proponere. Tit. XIX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11399**

## QUÆSTIONVM EXPLI-

candarum modus.

## T I T. X V I I.

**C**onuentu coacto, silentioque indi-  
cto, singulas quæstiones Cancella-  
rius de scripto pronunciet.

Tum Vicarius de singulis quæstionibus  
sententiam omnes roget.

Quæ in re ab ijs initium faciet, qui vlti-  
mo loco sedebunt, sicque ordine ad eos  
perget, qui sibi proximi assident.

Is verò sententiam ne dicat, sed de alio  
rum sententijs iudicium breuiter ferat,  
vel eas interpretetur, vel dicenti ani-  
mum addat, vel hæsitantem excitet.  
Ac deniq; se gerat tanquam præfatum,  
zrqt; adeo iudicem vniuersijsq; ingenij,  
solertia, studij, doctrinæ, ac diligentia.  
Oium sententijs auditis, Definitor Vicar-  
rij iussu rē explicit, decidat, ac definiat.  
Ad propositam quæstionem vniusquisque  
explicatè distingue respondeat:  
opinionemq; suam argumentis non tam  
è schola quam ex vslu rerū sumptis con-  
firmet: Doctorum vnde eam acceperit,  
locos non de scripto, sed memoriter, &  
ad verbum latine recitet, nisi ob cau-  
sam Vicario aliter videatur.

## QUÆSTIONVM EXPLI-

candarum materia.

## T I T. X V I I I.

**E**A sit quæstionum materia, quam ho-  
minum mores, & rerū quæ ea in re-  
gione vbi conuentus habetur, geruntur,  
actiones negotiationesve subministra-  
bunt. In ijs deniq; rebus quæstiones ver-  
tentur, quæ ad casus conscientiæ, non ad  
ingenij excitationem pertinent; vslq;  
adeo ut qui in diœciano conuentu sunt,  
rerum potius tractationem & vsum,  
quam verboru arguitatem consecetur.

CVIVS SIT QUÆSTIONES  
proponere.

## T I T. X I X.

**Q**uestiones proponere ei sit, apud  
quem conuentus celebrabitur.

Is verò vbi conuetum apud se proximè  
futurum esse sciuerit, præter ea, que pro  
Ecclesiæ sue utilitate, & animarum qua-  
rum curam gerit, salutaribus commo-  
dis consulenda censuerit, quæstiones  
etiam ordinarias quas ipse propositu-  
rus est, à Definitore habere studebit,  
easque parochis, & aliis sacerdotibus  
in conuentu proximo superiori tradet.  
Definitor autem quæstiones ab eo ac-  
cipiat, quem huic muneri Episcopus in  
ciuitate p̄ficerit, aut ab eo saltē re-  
cognosci, probarique curet, vt Episco-  
pus ma'uerit.

DE STUDIO AD QUÆSTIO-  
nes explicandas adhibendo.

## T I T. X X.

**V**T omnis quæstionū explicatio uti-  
lis & salutaris sit, studium propte-  
rea non mediocre ponī debet in gra-  
uissimorum auctorum commentarijs.  
Libros porr̄ huic studio necessarios si-  
bi quisque comparare studeat, eosque  
potissimum, quos ingenii sui industria  
accommodatos esse Definitor Vicarii  
consilio iudicarit.

Cum autem præ rei familiaris tenuita-  
te librorum copia apparari non potest,  
cumve talis multitudine ob ingenii imbe-  
cillitatem inutilis est: tunc utilissimum  
erit, vnum è recentioribus scriptoribus  
feligerè, qui aliorum sententias breuiter  
dilucideq; comprehendat, ac recenseat.  
Qui toto hoc in genere (quod parochis  
valde necessarium est) progressionem  
non exiguum facere volet, positis quæ-  
stionibus ieiunè exiliterque responde-  
re non contentus, vniuersam earum ma-  
teriam intelligentia percipiat; capita  
rerum vnde cætera proficiuntur, me-  
moriz comprehendat; axiomata, e quibus  
quæstionum omnium definitiones  
pendent, teneat; multum doctorum au-  
toritat, plurimumq; rationib; tribuat.  
Cum ijs autem qui grauissimorum disci-  
plinarum scientiam tenent, suorum stu-  
diorum rationem conferre, valde admo-  
dum utile est.

Quare vniusquisque id curet, vt aliquem  
habeat theologicæ aut iuris canonici per-  
ritum,